

29084 R. 1303 A. TN. 866

ello mismo deve retirarse, y ceder el campo,
pues así vence el uno valiente, y animoso, y
triumfa el otro prudente, y discreto.

Y porque lo merece así el Erudito Joven,
cuya animosidad, y valor es puramente men-
sal, porque con los sobrefalientes bríos del inge-
nio compene la galanteria de un genio, benigno,
afable, apacible, ingenio, manso, y amabilif-
simo, digno por cierto de ser objeto singular de
los afectos humanos. Del celebrado Joseph (di-
ze el Espíritu Santo) que era el Benjamio de su
Padre, y el mas amado entre los muchos Hijos
de Jacob: *Israel autem diligebat Joseph super
omnes filios suos:* y à mas de la razon, que para
este especialissimo cariño nos dà el Sagrado Tex-
to,

Genes. 37.
Abul. hic.

limpios, afilados, recientes aceros con intrin-
do valor sabén penetrar los Regimientos de
picas, y lanzas.

Por esto aconsejaria yo al Autor de la
Aprobacion el prudenciar arbitrio de dexarle el
campo à un Joven tan valiente, y animoso, y
me explica para todos con este exemplo: Dixo-
le de nuestro Excelentissimo Don Carlos de
Borja, y Aragon, Duque de Villahermosa,
que hallandose Capitan General en Flandes, y
à la frente de los Franceses, les presentò ba-
ralla, recibiendo presiamente en su campo la
tercera parte de gente, que la armada enem-
ga. El General, y discreto Caudillo Francés,
Pria-

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS, & Societatis Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, aliorumque Apostolorum Civitatis Tubelæ.



Pompeione: Apud Franciscum Picart
Typogr. & Bibliop. Anno 1717.

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS
SOCIETATIS SACRAMENTORUM



Typogr. & Bibliop. Anno 1717.

ADMONITIO AD LECTOREM.

PAVLVM quisquis es in hoc vestibulo
 siste. Antequam enim ad nostræ Con-
 gregationis constitutiones accedas, de ip-
 sius institutione, volumus te ad monitum
 habere. Postquam B. Mater Teresa à Iesu
 reformationem, non solum sceminarum,
 sed & virorum Ordinis Carmelitarum,
 operata est consilio manuum suarum. Sur-
 rexerunt filij eius, & beatissimam eius in-
 stitutionem prædicaverunt in multis His-
 panix locis Monasteria construentes. Po-
 sita est & hoc bono Tubela Civitatis Na-
 varrx Regni, vbi Religiosorum virorum
 exemplum tantum profecit; vt & malos
 bonos & bonos meliores effecerit. Inter
 alios nonnulli Sacerdotes cum ipsis, & ora-
 tioni mentali vacabant, & quadragesimæ
 disciplinam accipiebant; qua finita ægte
 tulerunt tanto bono privari; vnde diversis
 locis, & si maxima cum incommoditate,
 cum & agros adire cogerentur, ipsa exer-
 citia profecuti sunt. Anno igitur (vt alia
 omittamus) 1598. cum in Ecclesiam S. Pe-
 tri se recepissent, & prædicta exercitia
 orationis, & poenitentix excollerent. etc.

aliquot dies, absconditam in eis dulcedinem ceperunt pergustare; & commoditatem loci intuentes, divino afflato spiritu, bonum esse nos hic esse dixerunt: faciamus hic tabernaculum Domino, aliquasque constitutiones nostro Sacerdotali statui deservientes, quatum gratia optimi ministerij nostri diligenter adimplere, huiusmodique exercitia exequi valeamus. Quod factum fuit: nam viros è vestigio, & religione, & doctrina insigniores consueverunt, qui propositum suum maxime laudantes vota foverunt.

Maturo igitur consilio, & deliberatione, victis, & superatis quam plurimis difficultatibus, Dei nomine, & assiduis orationibus, & carnis maceratione, invocato terdecim fratres opus aggressi sunt. Non igitur Maij, Anno 1599. Congregationem sub titulo, & tutela SS. Apostolorum Petri, & Pauli, aliorumque Apostolorum eiusque constitutiones instituerunt. Quae & si postmodum (magistra experientia edocente) reformationem passae sunt, nonnullis amputatis aliquibusque auctis; Anno tamen 1603. plurimorum virorum doctissimorum assensu, eas ut pias sanctas & duras

duraturas indicarium, quasi stilo ferreo in
filice, papyro mandatae sunt. Inter quos
praecipui fuerunt Reverendissimus P. F.
Franciscus Matris Dei Generalis Ordinis
Carmelitarum Discalceatorum, & P. F.
Thomas a Iesu, qui videbantur columnae
esse suae Religionis, ipsi eis dexteras dede-
runt societatis; & hanc congregationem,
ut pote maxime necessariam, & ut caeleste
donum, securamque viam ad perfectio-
nem commendaverunt. Illustrissimus etiam
D. F. Didacus de Yepes, Episcopus Tirra-
fonensis, & Philippi II. a confessionibus.
Reverendissimus etiam D. D. Ioannes
Orozco de Covarrubias, & Leyva Episco-
pus Guadiseensis: Qui quanto amore, &
devotione fuerit hanc Congregationem
prosecutus; & quantum tale institutum ei
fuerit cordi haud facile dicemus: Digna-
tus enim est, & in numero fratrum huius
Congregationis adscribi, & eius Constitu-
tiones per suas literas, ut aliam huic simi-
lem ibi conderet, & agitare. Postremo (ut
alios omitamus) Reverendissimus D. Doc-
tor Michael de sancta Fide, & Azpilicue-
ta praedictae Civitatis Tubelae Decanus
Santissimique D. N. Pauli. V. intimus Ca-

merarius approbavit. Hæc in memoriam
posteris, & ad Dei gloriam conscripta
sunt à nobis monumenta,

Perge.

(?)



CONS-

CONSTITUTIONES CON-
gregationis, & Societatis Sancto-
rum Apostolorum Petri, & Pau-
li, aliorumque Apostolorum.

RECTOR, & Fratres Con-
gregationis, & Societatis
Sanctorum Apostolorum
Petri, & Pauli, aliorum-
que Apostolorum, Charis-
simis, & desideratissimis Fratribus,
qui in ea in posterum degent, salutem.

Constitutiones, quas ipsi paucis ab
hinc annis conscripseramus (fratres
desideratissimi) vobis offerimus, at-
que ante oculos proponimus, vestri
profectus spe moti, ut ad eorum exem-
plaria, tamquam ad speculum oculos
convertentes, vos metipsos compona-
tis, virtutum ornamentis, indumen-
tisque iustitiae, sicut decet ministros
Dei in sublimi Sacerdotij fastigio con-

Pl. 131

- Lev. 11 *stitutos. Vobis dicitur; Sancti estote,*
quoniam ego sanctus sum. Et si priscis
 Esa. 52 *dictum fuit, Mundamini, qui fertis*
vasa Domini: quanto magis vobis
convenit omnis mundities, quibus, non
solum vasa Domini ferre, sed etiam
ipsum quotidie, & contrectare mani-
bus, & ore sumere mos est? Dignitas
vestra grandis est, sed pondus fertis
grande, Angelicis namque humeris
 Ecc. 45 *formidandum. Supra multa constitu-*
ti estis, praecepit enim vos Deus domi-
 Chryl. *sua, elegitque ab omni viventi, sed*
 li. 3. de *ideo cui multum datum est, multum*
 Sacerd. *petent ab eo. Igitur, si tam stricta rati-*
 & Cōc. *o reddenda est à Sacerdotibus, ita*
 Tri. sel. *ut levia delicta in eis censeantur ut*
 22. de *maxima, qua vita in Sacerdotibus re-*
 ref. c. 1. *quiritur? Qui mores ab ipsis postu-*
lantur? Omnibus enim virtutibus ex-
cultum atque exornatum oportet esse
Sacerdotem. Hoc nos movit societa-
 Iudæ. 1 *tem hanc instituire: nam Sacerdotes*
qui inter fluctus feri maris huius se-
culi immergi degunt, saue non ita faci-
 Iacob. 1 *le immaculatos se ab illo custodi-*
rent, si fraterna eos subsidia non iu-
varent.

varent. Melius enim est, duos esse si- Eccl. 4
mul quam unum; habent enim emo-
lumentum societatis suae. Si unus ce-
ciderit, ab altero fulcietur. Vae soli,
quia cum ceciderit non habet suble-
vantem se. Et si dormierint duo, fo-
vebuntur mutuo: unus quomodo cale-
fiet? Et si quispiam praevaluerit contra
unum, duo resistent ei, Petrus scili-
cet, & Paulus: contra quos porta in- Matthi.
feri non praevalerunt. Nec diabolus 16.
quidem contra duos. Unde, & petra
Apostolica inhaerens, magno pelagi hu-
iusmodi veniente fragore, firmus, &
immutus quilibet resistet. Hoc deinde
nos impulit, ut formulas has, seu con-
stitutiones sanciremus, vobisque modo
traderemus, ut semotis mundi impe-
dimentis, & offensionibus, vos qui spi-
rituales estis, perfectionique intende-
re debetis, in saeculo religiosi Sacerdo-
tes, & saeculares Clerici in Religione
videamini, & sitis. Speramus igitur
(Deo auctore) ita futurum, & quod So-
cietas haec, Sancti Petri Apostolorum
Principis munice praesidijs, ad opta- Hebr.
tum finem in dies perventura est: ita 17.

ut

Cant.
7.

vt & nunc à longè salutantes, ei pos-
semus dicere cum sponso in Canticis.
Quam pulchri sunt gressus tui filia
Principis. Noli ergo umquam timere
pusillus grex, Pastorem habes, qui te
tueatur, & pascat, Principem, qui te
regat, Apostolum qui te doceat, Pon-
tificem qui indulgeat, ad hæc Patrem
iudicem: demum habes Petrum in cun-
ctis. Libenter ergo accipite Fratres
formulas has, & Constitutiones, se-
cundum quas, actus vestros dirigatis
Luc. 1. in beneplacito Dei, seruiatisque illi
in sanctitate, & iustitia omnibus die-
bus vestris, sunt enim huiusmodi.



PRI-

PRIMA PARS.

CONSTITVTIONVM
Congregationis, & Societatis
Sanctorum Apostolorum Pe-
tri, & Pauli, aliorumque
Apostolorum.

PROEMIVM.



Congregate vos in do- *Eccl. 51.*
mum disciplinae, con-
gregamini, & audite
nos. Indicabimus vo-
bis, o, Sacerdotes quid *Mich. 6.*

fit bonum, & quid Dominus re- *Pf. 49.*
quirat à vobis. Congregentur illi
sancti eius, qui ordinant testamen-
tum eius super sacrificia. Confitean- *Pf. 110.*
tur illi in toto corde suo, in confi-
lio Iustorum, & Congregatione.
Cum enim dilectissimi sæpè ipsi
men

mente, animoque consideraremus,
qualiter possemus in obsequio Iesu
Christi vivere, eique studiosius cor-
de mundo, & conscientia pura de-
servire: Induximus ideo in animum,
Congregationem quandam institue-
re, in qua nos iungeret in vnum
Christi amor: aliquasque constitu-
tiones statui Sacerdotali deservien-
tes decernere, quarum gratia, opus
ministerij nostri diligenter comple-
re valeremus, soliciteque ambulare
cum Deo nostro possemus, immacu-
latis nos ab hoc sæculo custodien-
tes. Hæc enim est religio munda, &
immaculata apud Deum. Cæsivimus
etiam, ad mutuo fovendum maxi-
mum fore Societatis emolumen-
tum, præcipue cum in sæculotanta
nos undique mala, & incommoda
perturbat. Hoc igitur propositum
re ipsa præstare volentes, hanc bre-
vem normam tradere decrevimus,
quasi ideam, secundum, quam &
mores componamus, & ad rectio-
rem vitæ rationem reducamur: vo-
bisque relinquamus exemplar nos-
træ

Mich. 6.

Iasob. 1.

Ecc. 4.

rræ conversationis, secundum quod
vivere, religiosamque vitam agere
in sæculo possitis.

CAP. I:

*De numero Fratrum, & de Patronis,
& Tutelaribus Societatis.*

Igitur, quantum ad numerum fra-
trum; & Tutelares Patronosque
huius Societatis, considerantes, &
in memoriam revocantes Apostoli-
cam Societatem, sanctissimumque
Redemptoris nostri Iesu Christi
collegium, in eius reverentiam, &
singularem devotionem decerni-
mus, ut numerus Fratrum terdecim
sit. Liceat tamen cum usque ad
decimum octavum augeri, dummo-
do spectatæ virtutis Sacerdotum
copiasuppetat. Inde vero, ut non
transcendat utile fore iudicamus,
consentient enim haud facile plu-
res. Sacerdotali cuncti Frâtres flo-
rebunt dignitate: ut Sacerdotio
functi, Apostolicos Sacerdotes ha-
beant

1. 1. §. *fin. ff. de acq. pos. sess.* beant tutelares, præcipue Divos Petrum, & Paulum; quos nunc Paternos eligimus, eisque hanc nostram Societatem dicamus.

CAP. II.

De electione novi fratris, & de tempore probationis.

DEfficiente aliquo fratre, alter ab omnibus eligatur, per vota secreta, bona opinione, bonisque moribus imbutus, qui talibus non sit implicatus negotijs, quominus, & Congregationes adire frequenter, & quodlibet iniunctum sibi munus, sicut, & cæteri integre adimplere queat. Nec liceat, post factum electionem, eum in Societatem recipere, nisi prius in ipsa, post talem electionem, non minori tempore, quam per tres menses expletos in probatione steterit. Quæ si tunc humilem, aptum, idoneum, diligentemque ad singula exercitia experti fuerint, in ipsorum numerum recipiant,

piant, & abſcribent, ſecus eum è
Societate eiecient. Soli enim ſunt
admitendi ij, quorum virtus, &
voluntas ſpem afferat, eos ſincera,
& humili charitate in hac Societa-
te perpetuo permanſuros. Tempore
probationis vnus de ſenioribus, eum
quæ debeat obſervare docebit, ad-
vertetque quomodo in omnibus ac-
tibus gerere ſedebeat.

C A P. III.

*De Rectore habendo, & obedientia
ſibi præſtanda.*

STatuimus illud etia, vt vnus ex
fratribus Rector eligatur, ſin-
gulis annis, in natali Apoſtolorum
Petri, & Pauli, ex vnanimi omnium
aſſenſu, vel maioris, & ſenioris par-
tis, cui ad honeſta, & licita, ab alijs
omnibus cum humilitate præſterur
obedientia. Præficiendus vero eſt is,
& eligendus Rector, qui velut alter
Saul altior ſit alijs omnibus, ab hu-
mero, & ſurſum. Capite enim de-
bet

*Regul.
Carmel.*

*I. Regul.
10.*

c. 49.
de Elec.

bet antecellere eos is, qui eorum futurus est caput. Hortamur eam ob causam fratres, vt in primis meminerint se nihil ad Dei gloriam, ipsorumque salutem vtilius posse facere; quam si bonum pastorem, vita moribus ætate, atque doctrina florentem promoveri studeant, omni humano affectu, & suggestu semoto: Ob idque etiam decernimus, vt ad tale munus non assumatur, qui prius non fuit per duos annos integros in hac Congregatione commoratus. Non enim debet præesse, qui subesse non novit.

C A P. III.

De Consiliarijs simul cum Rectore, eligendis.

Bened:
in Reg.
c. 46.

AD hæc simul cum Rectore alijs duo fratres eligantur, qui ei sint à consilijs, alter sub nomine Custodis, vel Zelatoris, qui curet de executione constitutionum, & de vita, modestia, & honestate fratrum.

erum: alter sub nomine **C**onsiliarij,
 & procuratoris, qui Societatis bona
 custodiat, & seruet. Considerent ve-
 ro fratres, viros ex ipsis boni testi-
 monij, quos constituant super hoc
 opus: Rectoris, namque, & eorum
 prudentiæ, & discretioni relinqui-
 tur, cuncta gubernare, & dispone-
 re: ac pro vt tempus postulaverit,
 vel necessitas exegerit, exercitia
Congregationis pro tunc, vel repe-
 rare, vel augere, & inspectis neces-
 sitatibus singulorum, eorum com-
 modis, & salutis providere. Singu-
 lis mensibus ipse Rector, cum Con-
 siliarijs, vltima Congregatione, seu
 alia quam magis aptam iudicaverit,
 conveniat: vt ibi ad mentem pro-
 xime futurum quæque necessaria
 moderentur. Tum etiam eos despi-
 rituali profectu, de componendis
 moribus, corrigendis excessibus,
 alijsque negotijs occurrentibus con-
 sulat, vt sic nihil inordinate, ni-
 hilque præpostere fiat. Quando au-
 tem præcipua agenda sunt in Socie-
 tate, tunc convocabit Rector om-
 nem

Act. 6.

*Dist. 29
Regul.*

*Ben. 6.
3. Reg.*

B nem

nem Congregationem, ab omnibus
que, quid agendum sit, iudicabitur.
Salus enim est ubi sunt multa con-
silia.

Prov.
11.

CAP. V.

*De Oratorio, & diebus designatis ad
Congregationes.*

ORatorium, quod constituetur,
in quo omnes Congregatio-
nes fient, erit devotum, & orna-
tum, & quantum fieri poterit, ab
omni strepitu rerum separatum: ut
ipsa lociquies, & iuge silentium in-
vitet, & cogat cœlestia meditari.
Ad Congregationes vero statuti di-
es, in quibus fratres convenire de-
beant, erunt secunda, & sexta feria.
In Adventu tamen, Quadragesima,
Quatuor anni Temporibus, & Ro-
gationibus addatur quarta feria:
nam tempore tam acceptabili, ad
solum pensum aliquid augere, non
solum salutare, sed æquum est. Hora
Congregationis ea erit, quæ inspec-
tis temporis opportunitatibus fra-
tribus

Bern.
Epis. 78.
ad suæg.
Abbat.

Bened.
in Reg.
6. 49.

tribus cōmodior iudicabitur, dummodo sit intra terminos lucis.

CAP. VI.

*De Oratione mentali, & examine
conscientiæ.*

CVM enim oratio sit panis animæ quotidianus quem, sicut corpus, si non quotidie summat, deficiet: ideo decernimus, ut quotidie singuli, diluculo, dimidium horæ ad minus vacent orationi mentali: ut primi motus animæ, ac mentis oblationes sint Dei, dicente Prophetâ: Ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam, mane astabo tibi. Cæterum completa die, antequam cubent, examen de recte, aut prave factis illa die facient, & de his dolentes, de illis gratias agent, eodem Prophetâ dicente: Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercebar, & sequebatur spiritum meum. Diebus vero ad Congregationes deputatis, in Oratorio

*Basil. in
Regul.
fuss. in
terr. 37.
Ps. 5.*

*Const.
Carmel.
Discale.*

Ps. 76.

post aliquam devoram lectionem,
omnes simul prædictum dimidium
horæ, orationi mentali vacabunt.

CA P. I VII.

De disciplina, & corporis casti- gatione.

Job 7. **V**ita vero hæc nostra cum sem-
per sit militia super terram, &
inter omnes hostes accerrimus sit
nostramet caro, & dicat Apostolus:
Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam tra-
cixerunt cum vitijs, & concupis-
centijs suis: Iure in animum induxi-
mus; ut in eisdem Congregationis
diebus, finita oratione mentali, om-
nes fratres in communi disciplinam
accipiant, quandiu cum cantu dica-
tur Psalmus, *Miserere mei*; ut casti-
gata carne, eam ad servitutem spi-
ritus redigere valeant. Aspera hæc,
& dura fortassis videbuntur, sed id
erit à longe intuentibus: nam (cum
in rem ventum fuerit) accidit illud
Sansonis, quod mel de rore leonis

*Const.
Carmel.
Discalc.
I. Co. 9.*

horri-
dus

horribili educator: & quod olim Is- *Judic.*
 raelitis, quod filices concedebant *14.*
 aquas, rivofque olei faxum durissi-
 mum. Sed hæc sunt abscondita plu-
 rimis, solus enim moleit, qui acci-
 pit: quod cecinit Propheta, dicens:
 Quam magna multitudo dulcedinis *Ps. 30.*
 tuæ Domine, quam abscondisti ri- *Agust.*
 mentibus te. Sed quid non facile to- *de ver-*
 lerabitur (adde:) vt æterna pena vit- *bis Do-*
 tetur, æterna requies comparetur. *mini.*

C A P. VIII.

*De Horis Canonicis, & Officio B.
 Mariæ recitando.*

HOras Canonicas, qui in com-
 muni decantant, vt ab ipsis,
 & confodalibus suis, maiori qua po-
 terunt devotione, attentione, & pau-
 sa persolvantur, studeant. Qui vero
 seorsum in suis Oratoriis pari de-
 votione, & moratecitate. Audiant *1. Cor.*
 Apostolum dicentem. Orabo spiri- *14.*
 tu, orabo & mente. Cum humilitate
 igitur, & fervore animi, corda

B ; sua

2. Para-
lip. 19.

Simile
Cantu-
fianoru
Relig.

gentia, & te peditas, in operibus
Dei per agendis, eius iram, & ma-
ledictionem concitet. Ideo prius-
quam accedant ad Dominum, & ad
tantam maiestatem, animum habe-
re collectum, & à curis sæcularibus
abstractum satagant. Cæterum, quia
congregatio hæc, nisi Deipara Vir-
go Maria eam foveat, & nutriet,
suisque vlnis accipiat subsistere non
potest, nec nisi sub vmbra illius in
lucem prodire valet: idcirco eius
devotionem commendamus enixe,
cuius patrocinium imploramus hu-
militer. Quod fratres iugiter sen-
tient, si eius officium (quod quoti-
diè statuimus vt recitent) num-
quam omiserint.

C A P. IX.

De Missarum celebratione

PRæterea statuimus, vt singulis
mensibus, altera die post pri-
mam congregationem fratres Missam
fam

ſam vnam decantent (duabus ex-
ceptis) quarum vna in Feſto Puri-
ficationis Beatæ Mariæ Virginis
meſe Februarij, altera in Natali
Apoſtolorum Petri, & Pauli men-
ſe Iunij ſolemni ritu celebrabitur.
Tum etiam in iſtarum ſolemnita-
tum vigilijs matutinas horas conci-
nant, quanta maxima fieri poterit,
interiori, atque exteriori devotio-
nis ſpecie. Eſi tanto mentis ardo-
re preces quælibet dicendæ ſunt,
quanta maiori devotione, & præpa-
ratione, Sacroſanctum Miſſæ ſacri-
ficium, tremendumque miſterium
per agendum eſt? Ideo Fratres an-
tequam accedant ad Altare, debita
præparatione ſanctificentur, ne ſor-
te (ſicut ſcriptum eſt) percutiat
eos Dominus.

Concil.
Coloni.

Exo. 19

CAP. X.

De Ieiunio.

AT cum ieiunium quam per
vtile ſit, ad hoc, vt ieiunium
illud

Auguſt.
traſt 19
in loſu.

*Reg. ter-
tia Ord.
S. Fr̃c.
c. 5.*

*Sinod.
Hydrū
tina tit
de mor.
c. 4. Cō
cil Tol.
3 can. 7
cō habz
tur. d.
44. c.
pro veve
1. 1. 3*

illud magnum consequatur, quod
est abstinere se ab iniquitatibus, &
illicitis voluptatibus seculi, ea prop-
ter decernere visum fuit nobis: ut
in memoriam Passionis Domini no-
stri Iesu Christi singulis sextis fe-
rijs satagant iuiunare. Similiter, &
in omnibus Beatæ Mariæ, & Apo-
stolorum festiuitatibus. Sexta verò
feria in Parasceve convenient om-
nes ad vescendum, quorum esus
hoc die erit tantum panis, & aqua.
Inter eodem tum vero sacra lectio ad-
miscetur; ut vna cum corpore,
summit quoque mens eibum: quod
in omni sacerdotali convivio ser-
uandum fore Sancti Patres sense-
runt.

C A P. XI.

*De habitu incessu conuersatione, & si-
lencio fratrum, & de eorum casti-
tate, cohabitatione, & exemplo.*

QVia igitur eos qui sacerdotali
dignitate sunt sublimati,
& se divino ministerio dicarunt,
opore

oportet in omnibus se ipsos præbe-
re exemplum bonorum operum, in
quos reliqui, tanquam in speculum,
oculos conijciant, ex eisque su-
mant, quod imitentur: Ideirco acu-
rate hoc semper fratres provi-
deant, ut mores vitamque suam ita
intra se componant: ut nusquam
gentium ceteros per malum exem-
plum offendant, sed virtutum splen-
dore præpolleant, & habitu, gestu,
incessu, & sermone, aliisque omni-
bus, nihil nisi grave, moderatum, ac
religione plenum præferant; sicut
decet Sacerdotes ministros Dei: Et
ut cum dissimilibus, & diversa cu-
pientibus minime conversent, sed
semper Sacerdotibus incedant so-
ciati, & si fieri potest crebro fratri-
bus, ut ita mutæ conversationis,
& honestatis testes invicem exis-
tant. Ut autem perfectionis culmen
atingant, plus temporis in domi-
bus, vel in ecclesijs suis, recepti ma-
neant ita ut attendentes lectioni,
vel aliquo alio honesto exercitio
occupatos, illos semper diabolas

Tit. 22

*Concil.
Trident.
Ses. 22.
c. 1.*

*Agust.
in Rog.*

*Seneca
ad Lucil-
lum.*

*Hieron.
ad Rusti-
cum, &
Prasif.
in Rog.
1. Testis*

Capit. 3
lib inf.
6.3.

inveniat: Alioquin spiritum extin-
gui necesse est, & adqui sitæ per-
fectionis multum perdere vage de-
ambulantes. Silentium enim, & iu-
gis animi collectio custodia est per-
fectionis. Foris etiam conducet ma-
xime circumspectos esse, ne oculos
dispersos ferant: non solum ad ser-
vandam castitatem, sed ad habenden-
dum animum collectum ad custo-
diendum cor, ad tollendam molest-
riam terrenarum cogitationum, quæ
mentis quietem meditantibus solent
perturbare, animamque aggravare,
ne in sublime feratur, & summa
contemplari queat: Vnde Propheta
dixit. Qui claudit oculos suos, ne
videat malum, iste in excelsis ha-
bitat. Et non minus necessarium est,
ori ponere custodiam; nam per Sa-
pientem dictum est. Qui custoditos
suum, custodit animam suam. Quia
mens per multiloquium (in quo
non deerit peccatum) exterius ex-
parla, vim intimæ considerationis
amittit: Vnde, & redire interius ad
sui cognitionem non sufficit. Ideo
fra-

Isai. 33

Pf. 140

Confl.

Carth.

2. p. 6.

14. n. 4

6.

Prover.

10. 6.

13. Ge

80.

fratres linguam suam coerceant, & considerent, quòd si de omni verbo otioso reddituri sunt rationem, & tantò magis quantò minus in mundo sunt obligati; quid igitur erit de iocoso, ve non dicam detractorio? Ineptas confabulationes, præcipue mulierum, perhorrescant; quarum cohabitationem Sancti Patres, in Concilio Niceno, nisi forte matris, aut propinquæ, aut personæ quæ tollat suspicionem Sacerdotibus interdixerunt. Unde sequi oportet, quod Apostolus tradit dicens. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, in operibus bonis testimonium habens. Demum voluptates fugiant, publicis spectaculis, aut scænis non intersint, secularia devitent, quibus non decet conformari cælestia petentes. Sobrietatem servent, à carnalibus desiderijs se abstineant, carnis concupiscentias per continentiam, & abstinentiam edoment. Humilitatem, & patientiam excolant. Exemplum denique sint omnium, in verbis, in conversatione.

go. l. 7.

mor. c.

17.

1. Pet. 2

Mat. 12

August.

ad frat.

in Evan.

mo ser.

de silen.

et Ber.

jer de 3

custod.

S. Ti. 4.

Fræcis.

in Reg.

c. 11.

canone.

3. et ha

betur d.

32. c. in

terdixis

1. Ti. V.

Concil.

Laodj-

cen. et

Reg. 3.

Ord. 8.

Fræcis.

1. Pet. 2

1. Ti. 4.

*Pfal. 111
Francis.
in Reg.
c. 10.
2. Ti. 2
Luc. 10
Bernar.
epist. ad
fratres
de monte
Dei.*

satione, & castitate, cuius obser-
vatio ipsis præcipuum debitum est,
& votum; exeantque de ore eorum
semper eloquia Domini, quæ elo-
quia casta sunt. Inter omnia autem
nimias curas fugiant, nam sicut di-
xit Apostolus. Nemo militans Deo
implicat se sæcularibus negotijs.
Portò vnum est necessarium nego-
tium cuique suæ salvationis, & qui-
bus Deo se dicarunt, Deo va-
care, quod est negotium
negotiorum.

* * *



SECUNDA PARS.

CONSTITUTIONVM
Congregationis, & Societatis
Sanctorum Apostolorum Pe-
tri, & Pauli, aliorumque
Apostolorum.

QUAE ad profectum pro-
prium concernere vide-
bantur vique adhuc tra-
didimus, nunc ad opera
charitatis, & misericordiae, & ad
ea quae ad huius Sodalitij, & cons-
titutionum integritatem seruandam
spectant, descendere opere pretium
duximus.

CAP. I.

*De mutuo auxilio praestando à fra-
tribus.*

CVM enim nostrae Societatis
compaginis gluten fortissi-
mum

Colof. 3. mutuum sit charitas, quod est vincu-
 lum perfectionis, eamque redat fir-
 mam, secundum illud sapientis Fra-
 ter qui adiuvatur a fratre, quasi ci-
Prover. vitas firma. Et præcipuum bonum,
18. inter alia maxima, quibus frui li-
Pf. 12. cet in hac societate, (quæ ædifica-
 tur, ut civitas, charitate) debeat
 esse mutuum auxilium: quia vit
Pro. 18 amicabilis ad societatem magis
 amicus erit quam frater: Ideo con-
 solonum visum fuit nobis fraternæ
 charitati decernere, ut in quacum-
 que necessitate iacuerit frater, tam
 corporali, quam spiritali, præsto
 sint ei reliqui subuenire, meliori
 modo, quo potuerint mederi ei, at-
Luc. 3. que adesse: ut nec quisquam egenus,
Mat. 4. inter illos, sed quiduas tunicas ha-
Phed. 2. buerit det non habenti; debent
 enim non quæ sua sunt singuli
 confiderare, sed quæ, &
 aliorum.

Societas

CAP.

CAP. II.

De hospitalibus visitandis, tum, & carceribus, & alijs.

IN super quantum ad opera misericordiae exercenda sancimus, ut quotidie duo ex fratribus pauperum hospitalia visitent; & sicut revera Christo ita eis serviant, quia ipse dixit: Infirmus sui, & visitastis me. Tum etiam, & ut vinctis alijsque laborantibus, & afflictis proviribus suis ne desint in consolatione hortamur: ut ex ijs in dilectione firmentur, in ipsaque in dies magis, magisque accendantur. *Mat. 25* *Eccl. 7* *Con.* **C**æterum in Congregationibus pro necessitatibus occurrentibus præces fundent.

CAP. III.

De Fratribus Infirmis:

EX Fratribus autem si aliquis ægrotaverit, tunc cum omnes frequenter visitabunt; ac pro eo in

Con.

Francis-
cus in
Reg. c. 6.

Congregationibus orabunt, donec
maneat incolumis. Sin autem des-
peretur eius salus, binierunt cum
illo, iuvantes eum in afflictione tan-
ta, ita ut non discedant ab illo, quo-
vsque alij duo venerint; ut non sit
fratribus orbatus, donec vltimum
diem clauerit. Debent enim ei ser-
vire, sicut vellent sibi seruire.

CAP. IV.

De Fratribus Defunctis.

ORationibus, & sacrificijs, ut
animæ Fratrum defunctorum
suffragentur, statuimus: ut exmis-
sis, quæ per annum dicendæ sunt;
vna pro eis celebretur singulis an-
nis, mense Novembris, & omnia
quæ in prima Congregatione non
impedita exequentur, in earum suf-
fragium cedant. In alijs vero con-
gregationibus pro eis etiam ora-
bunt. Fratre autem aliquo mortuo
funeri suo omnes præsentés erunt,
& vnusquisque pro eo Missam ce-
lebrat.

lebrabit; prout disposuerit Rector; *Regula*
 Ipse vero celebrabit suam in die ip- *tert ord.*
 so obitus (si commode fieri po- *S. Franc.*
 test) congregatis fratribus; erit *cap. 14.*
 etiam ad vesperum congregatio, in
 qua officium defunctorum dicent
 vice orationis mentalis, & post ip-
 sum accipient disciplinam. Simili-
 ter nono die congregati alteram
 Missam quam vnus de senioribus
 celebrabit, decantabunt. Tum
 etiam in congregationibus per to-
 tum illius anni curriculum vnum
 Responsorium dicent memoresque
 eius erunt in suis sacrificijs, sicut
 fas est, & decet meminisse fratrum.
 Cōpletoque anno eo die quo obiit *1. Mac.*
 Anniversarium funus persoluent. *cap. 12.*

CAP. V.

*De Capitulo, & correctione cul-
parum.*

STATUIMUS præterea, vt semel sal- *Reg. Cap*
 tem singulis mensibus fiat con- *mol. Car*
 gregatio, in qua de custodia consti- *thuf. c. 8*
 turio. *p. 2.*

Hydr. in
Reg. Mo-
nach. c. 6
Basil. in
bre. Reg.
37. & 99
Societat.
Iesu 3 p.
c. 1. n. 15
Ber. ser.
de nat.
Io. Bapt.
Ecc. 17
1. Ioa. 4.
Gene. 4.
Benedi.
Reg. ca.
64.
Jacob 3.
Cass. lib.
4. instit.
s. 16.
Luc. 10.

tutionum tractetur; ubi etiam excessus, & culpæ fratrum; si quæ in aliquo à Zelatore, vel ab alijs deprehensa fuerint, media charitate corrigantur. Nullus; humano respectu crimen alterius propalare erubescat, vel negligat: perfecta enim charitas foras mittit timorem. Nemo dicat, numquid custos fratris mei ego sum? Unicuique enim Deus mandavit de proximo suo. In corrigendis defectibus taliter se habeat Rector, ut semper exaltet misericordiam iudicio, odiat vitia, & diligat fratres. Correctus vero frater, & accusatus, de quolibet delicto, quovis tempore, prostratus veniam Rectoris, expectabit, cum tremore, & reverentia, quia Dominus dixit: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.

CAP. VI.

De observantia constitutionum, & fratre incorrigibili.

IN Capitulo constitutiones legantur, & quantum ad observantiam

tiam ipsarum Rectorem obtestamur, ut eas faciat regulariter custodiri: & ut in minimis etiam sedulo provideat: nam dum hæc observantur, raro maiora labuntur, & paulatim hæc decident, si illa spernantur. Arguat desidiosos, maximè illos quibus aliquod officium, vel opus creditum est. Et ne aliquando detur locus (quod Deus non sinat) remissioni, & relaxationi constitutionum, statuimus, & decernimus, ut in corrigibilis, & qui non vult constitutiones custodire, nec secundum eas, & reliquorum fratrum mores vivere, penitus de fratrum consortio excludatur, & in eius locum alter eligatur: Ovis enim morbida eijcienda est ab ovili, ne infiat sanas oves. Volumus tamen, quod ad capitulum talis semper attineat expulsio, cum hoc, quòd præcedant primò duæ admonitiones: quod si his non respuerit, tertia iniungatur cum comminatione expulsionis, & si adhuc inforderit expellatur.

*Cõe vic-
nens. &
in Cle-
mit. 1. de
stat. mō.
3. Regu.
Ecc. 19.*

*Reg. ter-
tia crd.
S. Fran.
c. 16. &
19. cap.
cum in
Eccle de
maior &
obed.*

*C. 8. de
statu mo-
nach. &
de rebat.
Ne cle-
rici, vel
monachi*

CAP. VII.

De secreto seruando.

Secretum in ijs, quæ societas, vel ipsa res postulaverit obseruent; maxime in correctione culparum: nam secus qui contraierit, si id in re gravi fuerit, quam primum, & societate excludatur; quod si in leui, puniatur, pro ut videatur expedire.

CAP. VIII.

De Congregatione, & Capitulo Generali, singulis annis habendo.

EX corde præoptantes, ut societas hæc semper, diutissime que floreat, constitutionesque has, temporis iniuria, corruptioni obnoxias, ab omni corruptione vindicatas, præcipientes in futurum, decernimus: ut singulis annis feria quarta, & sexta infra octavam Pentecostes, fiat conventus generalis: ubi primo constitutiones legantur, ac de

omnis

omnibus sigillatim videatur; verbo
ad verbum, si custodiantur illesas
ut ubi fuerit collapsa vetus, & regu-
laris disciplina instauretur, & ubi
conservata est constantius perseve-
ret. Tum etiam, & ibi omnes in-
ter se conferant, quomodo sit oc-
currendum, ne aliqui abusus in ip-
sa societate introducantur, vel quo-
modo introducti, ne ulterius ser-
pant, secandi sunt. Item, & quæ re-
formatione indigent, tunc emen-
dent, & quæ correctione moderen-
tur. Si autem temporis successu, vr-
gente, & deposcente aliqua gravi
causa, aliquam constitutionem, pro
maiori societatis bono, emendare,
vel in melius commutare, opus sit;
ut omnis relaxationis tollatur oca-
sio statuimus; ut solum in hoc ge-
nerali conventu, & congregatione
novas sancire constitutiones, vel
iam sancitas, matura deliberatio-
ne, & consilio emendare, vel in ali-
quo immutare liceat. Alias aliter
facta sint irrita nulliusque momen-
ti. Prisca igitur pro sui reverentia
honis C 5 debent

ss. dist. debent manere constituta ; etiam si
Piscie, & non ita conducibilia videantur, ubi
35. q. 9. nociva, & in perniciem tempore
sentent. non vertuntur. Si quis huic statuto
contraierit, is (etiam si Rector sit)
anno vno veraque voce, & officio
sit priuatus, alijsque penis subiaceat
arbitrio capituli.

C A P. IX.

*De Transgredientibus constitutiones,
& quod ad nullum peccatum
obligent.*

CVM enim nostra intentio fuerit
in his constitutionibus, viam
salutis fratibus aperire, & eorum
conscientias minime illaqueare, sed
potius extricare, atque expedire.
Ideò declaramus, omnia hæc statu-
ta, & statuenda, & singulas consti-
tutiones, earumque transgressiones
ad nullam culpam profitentibus
obligare. Rectoris correctionem,
penamque ab eo taxatam, humili-
ter, & patienter quilibet frater sus-
cipiat.

*Rel. pro
dicat. vs
D. Tho.
2. 1. q
186. n.
9. ad 10*

lineat: Qui verò eius m̄ndatis parere, & correctioni ac quiescere renuerit, proinde ac incorrigibilis, & inobediens expellendus est.

CAP. X. & VLTIMVM.

De operibus supererogationis, & quodcum discretione, & licentia Reſtoris agantur.

Hæc sunt formulæ (fratres) quas observabitis illacum curam habere, & si quid supererogaveritis, paterna benedictione facite, & Dominus cum redierit reddet vobis. Gravia forsan hæc, & arcta videbuntur, sed attenta Sacerdotum obligatione, & Statu, numquam satis, necquid nimis dixisse existimamus. Meritò namque Sacerdos, cum iam se comprehendisse arbitretur, vel existimet se aliquid esse, nunc ceppi, cum David dicere poterit, vel cum Paulo. Quæ retrò sunt obliviscens, ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatum

Luc. 10.
Bene. 6.
29. Cap.
Regula
in fine.
Gartha.
1. p. c. 10
n 25. &
18.

Conf. 5.
cic. Iesu
Gal. 6.
Psal 76.
P. hil. 3.

*Bern. ad
Alb. Ga.
viii. 16.* persequor bravium. Necessesse enim
est spiritum aut proficere semper,
aut deficere. Oportet tamen omnia
cum discretionē præstare, quæ ma-
ter virtutum est, & consumatio per-
fectionis. Hæc nimirum docet. Ne
*Bern. se.
3. de Ci-
vita.* quid nimis. At vero, quia omnino
rara ista avis est in tetrīs, huius lo-
cum in vobis (fratres) suppleat vir-
tus obedientiæ: ut nihil plus, nihil
minus, nihil aliter, quam impera-
tum sit, faciatis, in omnibus vos me-
tipos abnegantes. Grande enim
Ius. 9. malum propria voluntas, qua fit, ut
*Rev. ser.
21. 10.* bona vestra vobis bona non sint.
*Eosil. se.
2. exor.* Quidquid enim fit sine Rectoris vo-
luntate, furtum est, & ad mortem
ducit, non ad utilitatem: etiam si
vobis bonum esse videatur. Non
enim acceptabilia sunt opera Deo;
neque ieiunia, neque orationes, ubi
propria voluntas invenitur. Melius
Hi. 4. 8. namque est, & perfectius, palleas
per obedientiam coligere, quam ar-
duis, magnisque operibus, propria
voluntate occupari; quam qui secu-
*Hor. 10.
de Li. 9.
Pro. 11.* tus fuerit, miserabiliter cadet. Vir-
quæ

autem obediens loquetur victorias.

Exhortatio ad Rectorem.

TV autem frater, qui præpositus fueris, ama fratres tuos, & si Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera; quod minister eorum sis, non Dominus: Quia Dominus dixit. Qui maior est vestrum, erit minister vester: Plus amari, quam timeri stude, ita vt omnibus eluceat paterna charitas. Sedulo vigila, de creditis omnibus cura, bonis moribus pascere, ab omni vitiorum contagione secerne, ad virtutes excita, non solum verbo, viam perfectionis, & saluis eis ostendens, & docens, sed exemplo, quod viva vox est & efficax: ita vt in omnibus temetipsum formam vivendi præbeas, cunctosque ad bona opera, constitutionumque observantiam, & doctrina, & opere provoques. Nam qualis fuerit Rector Societatis, tales, & habitantes in ea.

Esse

Ecc. 3^o

*Luc. 22
August. in
Reg. &
Bened.
c. 64.*

*Isidorus
lib. ecc.
Ecc. 1*

Esto sollicitus eorum, de quorum salute anxius esse debes, gloriari- que de profectu, dolerique de casu. Vide totaque mentis acie provide, & cave, ne incuria tua regularis disciplina corruat, vel in aliquo detri- mentum patiatur.

Exortatio ad Fratres.

*Agust. in
Ro. 1. 23
Bened. c.
72.
Toc. Iesu
3. p. c. 1.
n. 23.
Ecc. 10.*

VOs vero fratres illi subditi esto-
te, debitam reverentiam ex-
hibentes, illum ubique tribuentes
honorem, qui eius dignitati par est:
ita ut in omnibus actibus ei sit pri-
ma sedes, locus, & præcipua auto-
ritas. Scriptum est enim. In medio
fratrum Rector illorum in honore:
cuius auctoritatem præ omnibus ser-
vare oportet, in ipsa namque consis-
tit status societatis. Quisquis enim
fuerit obedite illi, & verba eius sine
ulla hæsitatione, tamquam ex Dei
ore accipite; parati ad omne opus
bonum, quod mandaverit vobis. Ni-
hil sine eius benedictione facietis.
Si increpaverit vos, cum humilita-
te, & patientia, ipsius correctionem
susci-

*1a. Clim.
grad. 25*

*Bened.
c. 49.*

suscipite, etiam si vobis videatur, *Reg. Mi-*
 minus iustè se habere: Melius enim *lit. S. Ia-*
 hoc prestabitis, si in ipso potius *cobi 63.*
 Christi personam, quam hominis *Reg. Car-*
 consideraveritis. Omnia honeste, *mel. Be-*
 & secundum ordinem fiant in vo- *ned, c. 7.*
 bis, nam ordo omnibus rebus devo- *1. Co. 14*
 tionem parit, & amorem, modum *Ber. Jer.*
 tribuit, & decorem, etiam, & per- *49. in*
 petuitatem. In Oratorio non confa- *Cant.*
 bulabitis, quia locus orationis, & si-
 lentij est. Vnus curam geret illorum
 quæ pertinent ad ipsius ornamen-
 tum, ad ministeriumque altaris.
 Caritas fraternitatis maneat sem- *Heb. 13.*
 per in vobis, invicem exhortantes, *1. Ioa 3.*
 invicem diligentes, sicut mandatum *Mat. 2.*
 habetis à Domino, & nunc præci- *Ephes. 2*
 puè ad vos mandatum hoc (ò Sa- *1. Ioa. 1*
 cerdotes) qui eius domestici estis,
 super edificati supra fundamentum *Acto. 4.*
 Apostolorum. Ideò ut veram Socie- *Eccl. 3.*
 tatem habeatis, unumque sit cor
 omnium, omnis absit à vobis maio-
 ritas, humiles imò stote in omni-
 bus, & edificate alterutrum, vobis *1. Tess 5*
 adinvicem (sicut dixit Apostolus) *Phil. 1*
 supe-

superiores arbitantes. De cætero
fratres stete, & tenete ea, quæ di-
dicistis, siue per constitutiones has,
siue per consuetudines vestras; &
(vt cum eodem Apostolo Paulo lo-
quamur) rogamus vos per aduen-
tum Domini nostri Iesu Christi, &
nostre Congregationis in ipsum: vt
non cito moveamini à vestro sensu.
Et tu Petre aliquando conversus ad
eos, confirma fratres tuos. Isti enim
sunt Parentes vestri, duces, luces, &
Iudices. Vnde si, è contra feceritis,
eorum in dignationem timeate. Ha-
betis namque illam Salvatoris nos-
tri sententiam. Nemo mittens ma-
num ad aratrum, & respiciens re-
tro, aptus est regno Dei. Si in via
Dei non progredi, regredi est, re-
trosum converti ab eo, quod vobis
traditum est sancto mandato, quid
erit nisi in viam perditionis abire? Si
qua ergo Societas spiritus, si qua
viscera miserationis, si qua virtus, si
qua laus disciplinæ, illud scitote,
quod vestrum negotium agitis, id est
soliciti vestram salutem operamini.

Videte, quis modicum laborantes,
invenietis vobis multam requiescā.
Deus enim operetur in vobis, &
velle, & perficere: ut societas nostra
sit cum Patre, & cum Filio eius Je-
su Christo, Sanctoque Paraclito in
sæcula. Amen.

Phil. 2.
1. Ioh. 3

Habetis hæcenus à vobis munus
(fratres nostri) vestra quidem
sententia magnum, sed perinde erit,
ut acceperitis: Verumtamen iam acce-
pistis à nobis, quomodo oporteat vos
ambulare in dilectione Dei, vocatione
qua vocati estis; nunc quod vestrum
est agite. Donet Dominus, ut observe-
tis hæc omnia, in custodiendis enim il-
lis retributio multa; siquidem & vas
aqua non perdet mercedem suam. Ut
autem vos in hoc libello, tamquam in
speculo, possitis inspicere; nec per obli-
vionem aliquid negligatis, semel ad-
que iterum à vobis legatur, nec è ma-
nibus vestris discedat. Et ubi vos in-
veneritis ea, quæ scripta sunt, facien-
tes, agite gratias Domino bonorum
omnium largitori, & memores estote
nostrum

1. Thes.
Iul. 4.
Ps. 18.
Ma. 9.
Agust.
in Reg.
cit. Gué

nostrum in orationibus vestris. Ad unum
Tudela in hoc nostro Beatorum Petri,
& Pauli Oratorio. Die vigesima tertia
mensis Maij. Anno millesimo
sexcentesimo tertio.



INCIPIVNT CONSTITVTIO-
nes Fratrum laicorum Congregatio-
nis SS. Apostolorum Petri,
& Pauli.

PROÆMIUM.

CVM enim status Sacerdotalis, sit
lucerna super candelabrum; vt
non solum ardeat sibi, sed luceat
omnibus qui in domo sunt, cum
qua luce compositè, & honestè sicut in die
ambulet secularis, videntique opera valdè
bona Sacerdotum ex eis sumat quod imi-
tetur: Ideò societas hæc decrevit quosdam
sibi laicos aggregare: vt sic amborum
exemplo, & Ecclesiastico, & laicali totus
componatur populus. Sane quorundam de-
votioni, & precibus condescendens eis
aliquas constitutiones, suo statu, & condi-
tione considerata, tradere æquam immò
necessariam visum fuit in hac forma.

CAPVT VNICVM:

DE numero, & exercitijs Fratrum laicorum, & de suffragiis pro ipsis aplis candidis.

1. In primis eligantur tot Fratres seculares, & laici, quot fuerint Sacerdotes, & deficiente aliquo alterum societas eligat completis diebus quindecim post eius obitum.

2. Patronos habeant eosdem, quos Sacerdotes præsertim D. Petrum, & Paulum.

3. Magna reverentia Rectorem prosequantur, eiusque mandatis obedire satagant.

4. Singulis diebus audient Missarum solemnias.

5. Quotidie Officium B. Mariæ, aut unam partem Rosarii recitent.

6. Festivitatibus Purificationis B. Mariæ, & Sanctorum Petri, & Pauli, cum Fratribus Sacerdotibus convenient ad eorum solemnias per agenda, Sanctumque Eucharistiæ Sacramentum sument.

Item, & in anniversario generali Fratrum Defunctorum, & in feria sexta in Parasceve.

7. In omnibus studeant Fratres Sacerdotes

doctes imitari siue in ieiunijs, siue in alijs
exercitijs suarum constitutionum.

8 Non nunquam dummodo dies Capi-
tuli non sit liceat Rectori concedere licen-
tiam vt aliqui inter sint aliquibus Congre-
gationibus, & exercitijs conferentijs ve-
ro, & contionibus habita benedictione
Rectoris omnes adesse poterunt.

9 Hospitalia, & carceres hortatur vt
visitent, Studeant que singuli Fratres Sa-
cerdotes ad id deputatos concomitari, &
adiuare.

10 Cum infirmis Fratribus cura maxi-
ma adhibenda est, ita vt mutuo se visi-
tent, & adiuuent, & in Congregationibus
pro eis orent.

11 Mortuo aliquo Fratre tan Sacerdo-
te quam laico superi suo, & in Missa quam
pro eo in Oratorio celebrabit societas,
omnes presentes erunt.

12 Pro Fratre defuncto laico, singuli,
Fratres Sacerdotes Missam vniam dicent,
laici vero eis dicere facient quod, & pro
Sacerdote defuncto, per solvendum est mu-
tuo, quidquid in prima Congregatione fiet
in eius suffragium cederet.

13 Singulis annis societas eligeret zela-

D

torum

tores laicum qui de eorum vita, & moribus harumque constitutionum observantia curet, ut siquid correctione dignum in venerit corrigat, & si in aliquo emendatum minime senserit aliquem, Rectorem adeat ut ei remedium salutare præbeat.

Hæc sunt quæ iuxta propositum, & statum fratrum laicorum societas hæc eis tradere censuit, reliquum est ut opere compleant. Declaramus tamen ad nullam culpam quidpiam eis obligare. Acta hæc sunt in hoc nostro B. B. Petri, & Pauli, Oratorio duodecima die mensis Junij anno millesimo sexcentesimo nono.



**DE OFFICIALIBVS, ET DE IIS QUÆ
ad uniuscuiusque officium pertinent.**

AD Rectorem pertinet totius Congregationis Regimen, & Regularis constitutionum observantia fratrum que profectus cura. Ipsorum remissiones increpare, excessusque corrigere. Eis viam perfectionis ostendere: *quæ, & docendo, tam, & seipsam in omni-*

omnibus præbendo exemplum bonorum operum.

Ad custodem pertinet de executione constitutionum curare, & de modestia, & honestate fratrum qualiter unus quisque eorum vivat inquirere, ut si quid correctione dignum inveniret accuset in Capitulo. Tandem consilio, & opere Rectorem iuvare.

Ad consiliarium attinet Rectori assistere ad singula gerenda bonorum societatis curam gerere, eorum que esse depositarium, & custodem fabricæ eiusque modis providere.

Ad Secretarium pertinet fidem facere rerum omnium, quæ tan in congregationibus generalibus quam in alijs actibus fiunt: eaque omnia, & singula quæ per anni circulum in societate eveniunt fideliter literis mandare.

Ad magistrum ordinis, & novitiorum attinet perpetuo intendere, & advertere, quomodo, quoque ordine cuncta fieri debeant, secundum normam, & manualis, & Ritualis societatis. Tyrones tempore probationis educare, instituere, docereque quomodo in omnibus gerere se debeant.

Eorum qui infirmorum curam habent est ministrare, sedulo que eis servire: an aliquibus indigeant providere. In congregationibus ut pro eis orent, & in agone eis ad adiuvandum destinatos vocare.

Ad *Aditum* pertinet altare, & Oratorium mundare, & ornare ad Missam necessaria parare, & servire, ornamenta custodire portam claudere pulsantibus que respondere.

Eorum qui sortes Sanctorum mittunt est schedulas, ut mos est, in fine mensis scriptas adducere.

Ad *hebdomadarium* pertinet in mense Missam celebrare, & ministrare in congregationibus.

Ad *Levitem* pertinet constitutiones in Capitulo, & in congregationibus, que meditanda, sunt legere.

VRbanus Episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Illius vices gerentes in terris, qui pro nobis se ipsum obrulit, ut nos morte sua expiaret, & celestem Patriam omnibus aperiret, spualia

equalia dona quæ nobis vberissima suo san-
guine portare reliquit, fidelibus vniuersis
libenter largimur, vt ad Religionem, &
pietatem in Deum vehementius ex hor-
tentur; cum itaque (sicut accepimus) in
Parrochiali, seu alia Ecclesia Sancti Petri,
opidi, seu loci de Tudela de Navarra Tu-
rialionensis Diocesis, ac in Capella Sancto-
rum Petri, & Pauli, in ea sita vna pia, &
devota Presbiterorum, & aliorum virorum
confraternitatis congregatio sub invoca-
tione eorundem Sanctorum Petri, & Pau-
li, & in Dei omnipotentis Laudem Cano-
nice instituta existat, cuius dilecti filii con-
fratres, seu Presbiteri: Inque plurimis pijs
operibus sese exercere consueverint. Nos
cupientes vt ipsius confraternitatis vel
congregationis confratres seu Presbiteri
huiusmodi piorum operum exercitijs con-
foveantur, dictaque Ecclesia, siue Capella
in debita veneratione habeatur, de omni-
potentis Dei misericordia, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum eius auctori-
tate confissi, omnibus, & singulis vtrius-
que sexus Xpi fidelibus vere penitenti-
bus, & confessis qui dictam confraterni-
tatem de sacro ingredientur die primi
ille

illorum ingrefus , fi Santiffimum Euchari-
ftiæ Sacramentum fumpferint ipfifque,
& pro tempore existentibus, eiuſdem con-
fraternitatis confratribus , & vere pœni-
tentibus , & confeſſis ac Sacra Commu-
nitione reſectis : Si id fieri comode poterit,
in eorum mortis articulo nomen Jeſu cor-
de (ſi ore nequiverint) invocantibus nec
non eiſdem confratribus ſeu Præſbiteris,
& vere pœnitentibus, & confeſſis, ac dicta
communione reſectis , qui dictam Eccle-
ſiam , & in ea ſitam Capellam Sanctorum
Petri, & Pauli, in die feſto eorundem San-
ctorum Petri, & Pauli à primis Veſperis
uſque ad ocaſum ſolis diei huiuſmodi ſin-
gulis annis devote viſitaverint , & in ibi
pro Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione,
Hæreſum extirpatione , & inter Chriſtia-
nos Principes conſervanda Pace , ac Ro-
mani Pontificis ſalute , pias ad Deum pre-
ces effuderint: Plenariam omnium, & ſin-
gularum peccatorum ſuorum Indulgen-
tiam, & remiſſionem Apoſtolica autori-
tate concedimus , & elargimur. Præterea
eiſdem confratribus, & vere penitentibus,
& confeſſis dictaque comunione reſectis,
qui dictam Eccleſiam , & in ea ſitam Ca-
pellam

pellam prædictam in Sanctæ Theresiæ de
Jesu nuncupata, & Purificationis, ac
Anunciationis Beatæ Mariæ Virginis, &
Sancti Huberti die tertia Novembris, ce-
lebrari, solita festivitibus, & singulis an-
nis devotè visitaverint, & ut prædicatur,
oraverint; quo die quatuor festivitatum hu-
iusmodi id pro tempore fecerint: septem
annos, & totidem quadragenas. Postre-
mo eisdem contratribus seu Præsbyteris
quorics divinis officijs in eadem Ecclesia
seu Capella celebrandis, aut congregatio-
nibus publicis vel secretis pro quocumque
opere pio exercendo inter fuerint, aut ip-
sum Santissimum Eucharistiæ Sacramen-
tum cum ad aliquem infirmum defertur
associaverint, vel qui hoc facere impediti
Campanæ ad id signo dato genibus flexis
semel Orationem Dominicam, & saluta-
tionem Angelicam pro eodem infirmo di-
xerint, aut processionibus quibuscumque
de licentia ordinarij faciendis, & sepelien-
dis mortuis officiose interfuerint, vel pau-
peres peregrinos hospicio exceperint, vel
pacem cum inimicis composuerint, seu
devium aliquem ad viam salutis reduce-
rint, & ignorantes Dei præcepta, & quæ
ad

ad salutem sine docterint, aut quinquies
orationem, & salutationem predictas pro
animabus confratrum in Xpi caritate de-
functorum recitauerint toties pro quolibet
premissorum, vel aliorum piorum operum
sexaginta dies de iniunctis eis, aut alij quo-
modolibet debitis penitentijs in Domino,
& perpetuo relaxamus presentibus per-
petuis futuris temporibus duraturis. Volu-
mus autem quod si dicta confraternitas
alicui Archi confraternitati agregata sit,
vel in posterum agregetur seu quavis alia
ratione pro illius Indulgentijs consequen-
dis, aut de illis participandis vniatur, seu
quomodolibet instituat, priores, seu
quævis aliæ desuper obtentæ præter pre-
sentes nullatenus ei suffragentur; sed ex
tunc prorsus nullæ sint eo ipso; quodque si
confratribus presentis ratione permissio-
rum, aut aliorum aliqua alia Indulgentia
perpetuo, vel ad certum non dum elapsam
tempus duratura per nos concessa fuerint
eodem presentes nullius sint roboris, vel
momenti: Dat. tusculi 5. Octobris anno
Incarnationis Dominicæ 1625. Pontifica-
tus nostri anno 2.

A mas de las Indulgencias exprestadas en la sobre dicha Bulla, concedió el Ilustrissimo Señor D. Diego de Yepes, Obispo de Tarazona (Hermano que fue de esta Congregacion) quarenta dias de Indulgencia a los Hermanos que visitaren la Imagen del Oratorio los dias de Congregacion, y Fiesta del Señor.

Tiene esta Venerable Congregacion Hermandad con muchas Sagradas Religiones.

Primeramente el RR. P. General de los Carmelitas Descalzos, por la Bulla de Hermandad, que dió a esta Congregacion, año de 1603. la hizo participante de los exercicios, y meritos de su Religion, y lo mismo han hecho muchos Padres Provinciales de dicha Religion.

El RR. P. General de la Orden de Predicadores.

El RR. P. General de toda la Orden de Menores de S. Francisco de la Observancia

El RR. P. General, y Provincial de la Orden de Menores Capuchinos de S. Francisco

Y el RR. P. General de la Militar Orden de N. Señora de la Merced Redempcion de Cautivos,

Se encarga à los subcesores, y herederos de los Congregantes, buelvan à la Congregacion este Libro.

Lauds Deo, Virginique Mariae SS. Apostolis Petro, & Paulo, & Seraphica Virgini Theresia à Iesu.



lor corporal del celebrado Achiles : De este
espiritual Mozo (elivie el Poeta) que en me-
dio de ser el error de los coetaneos , y el es-
panto de sus enemigos , con todo esto , aun
temia al anciano Maestro Chiron.

*Qui totius Socior , totius perterruit Hostes,
Creditor annosum perimuisse Senem.*

Pero el Padre Don Ludoro Eraclíco , legon pa-
rece , ni teme , ni teme porque temer à la mas
adelantada ancianidad : Yá sé yo , que con
la mas profunda , respetosa humillacion veng-
ra à las caídas , y mayormente à las que hizo
salir à la cabeza la constante aplicacion à las
fructuosas , y mejores noticias , pero no las re-
me ; porque en qualquiera especie de letras,
que caben en su edad temprana , puede dar

Obidio
Fajá.

Príncipe de Condé, despues que reflexionò sobre el caso de una tan inaudita animosidad, determinò por fin retirarse, y dexar el campo, aviendo formado antes este discurso: Si yo venzo con triplicada tropa; ha de celebrarse por muy pequeña gloria; si soy vencido (como puedo temer de una tan valerosa provocacion) se contará en el mundo por la mayor ignominia; pues queda el campo del Duque de Villermosa, pero sin batalla, que así triunfa su animosidad, y vence mi discrecion: bellísimo discurso, y que supone un corazón generosamente magnánimo. No puede dudarse, que el Autor de la Aprobacion, Varon de grande ingenio, y de infatigable aplicacion al Estudio, en triplicados años avrá formado en el